

Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex
semper Augustus vniuersis sacri Romani Imperij fide-
bus imperpetuum. Si fidei merita, et deuota fidelium
obsequia, qui pro honoribus Imperij se et sua exponere,
et labores sufferre sedulas non formidant largifluis
noſre beneficentie premissis compensamus. ex hoc non solum
cedo ad nos, et sacrum Imperium deuotionis et fidei su-
ſcipiunt incrementum, sed etiam status noster, et impe-
rii ad meliora sublimatur et dirigitur salubriter ad
maiora. Cum enim omnis gloria, seu potentia principis
in subditorum consistat solidata fortunis expediens arbi-
tratur, et congruum ut simus subiectis, et in iusticia
faciles, et in gracia liberales. Nouerit igitur presens
etas, et futuri temporis successura posteritas, quod nos
integre fidei puritatem, et deuotionis constantiam, qua
viri prudentes Consules, et vniuersitas Ciuium fidelium
noſrorum dilectorum in Augusta, erga nos, et sacrum Im-
perium atque claruerunt, magis attendentes, confide-
rantes quoque obsequia grata, expensas multiplices et
damna graua que pro defensione honoris noſtri his die-
bus subierunt, et quod obsequia gratiora nobis exhibere
poterint in futurum. Hinc de liberalitate Regia ad
conseruationem iurium et libertatum a diue reuordatio-
nis Regibus et Romanis Imperatoribus predecessoribus
noſtris Illustribus traditas, et concessas, nec non in au-
gmentum ipsarum gratias infraſcriptas duximus fa-
ciendas. Primo quod post Quadriennium illud per
quod ab omni Stura ipsos reddidimus absolutos, predicti
Cives perpetuo nobis et successoribus noſtris, nomine
Imperii nichil impendant, vel impendere debeant, no-
mine Sture, nisi annis singulis Quadringentas libras
Denariorum Augusten, quibus salutis, ab omni alia
exactione seu Stura liberos esse volumus et immunes.
Item cum prefata Civitas Augusten una de honorabi-
lioribus et principalioribus Imperii Civitatibus esse